



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

13 Vtrum acceptatio populi necessaria sit ad legis ciuilibus, & canonicæ
obligationem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTVM XIII.

Vtrum acceptio populi necessaria sit ad legis civilis, & canonice obligationem.

- 1 Potest Pontifex fideles suis legibus obligare, tamen si contradicant.
- 2 Plures affirmant requiri de facto acceptationem, expenduntque rationes pro illorum sententia.
- 3 Si tempus in stat observandi legem, non potest eius observatio violari, sub pretextu quod à populo acceptata non fuerit.
- 4 Supradicta sententia limitatur in legibus difficultis observationis.
- 5 Si à maiore parte populi lex non observetur tempore ad prescriptionem requisito, lex cessat obligare.
- 6 Satisfit argum. n. 2. adductis.
- 7 Probatur in lege civili acceptationem populi necessariam ad legem requiri.
- 8 Proponitur, & probatur argumentis non esse necessariam acceptationem populi.
- 9 Si de facto lex vbi recepta non est, cessat eius obligatio.
- 10 Explicatur quid necessarium sit ad non vsum inducendum.
- 11 Dum lex vbi, vel de consuetudine abrogata non est, obligat.
- 12 Si maior pars populi resistit legi, & princeps permittit, reliqui à lege excusantur.
- 13 Satisfit argum. num. 7. adductis.
- 14 Facili supplicatione, vel appellatione ad principem pro legis revocatione lex durat.
- 15 Si taceat princeps audita petitione, censetur legem renovare.

VT à clarioribus incipiamus. Primò certum est posse Pontificem obligare fideles ad observantiam legis à se latæ, quamvis populus contradicat, sic Casto *lib. 1. de lege pen. cap. 1. Suarez 4. de legibus, cap. 16. n. 2. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. 4. n. 28. & 29. & Valquez 1. 2. disp. 156. cap. 5. Salas disp. 13. de leg. sect. 1. & alij aduersus Nauar. cap. 23. num. 41. & Valent. disp. 7. quest. 3. punct. 5. questione. 4. existimantes non posse, quia non esset lex iusta, & in commune bonum condita, quia esset occasio perturbationis. Sed ratio nostræ conclusionis est, quia Pontifex non à populo, sed à Christo Domino potestatem accepit ligandi, atque solvendi, in cuius potestatis concessione non apposuit Christus Dominus conditionem de populi acceptatione, sed absolute dixit. *Pasce oves meas. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celo, &c.* Ergo poterit populum obligare independentem ab eius acceptatione, quoties id sibi conueniens visum fuerit. Alias potestas data Pontifici inefficax esset, si populum Christianum ad legum observantiam cogere non posset, nisi ipsomet populo consentiente: hoc enim esset Pontificem non habere potestatem absolutoriam in populum Christianum, siquidem non potest suis legibus illum cogere, cum vellet, si necessarium est, ut populus velit se alligari. Neque obinde dicenda est lex iniusta, & occasio perturbationis, quia inique ex talis potestatis vtu perturbarentur subditi.*

Secundò, Episcopi legari, alijque inferiores Prælati legem ferentes possunt ad illius observantiam subditos obligare quamvis ipsi contradicant, sic Suarez, & Castro super relati. Ratio ferè est eadem, quia tota potestas Ecclesiastica à Christo in eius vicarium dimanavit, & ex illo ad omnes Prælatos inferiores. Sed potestas, quam habet Christi Vicarius in legibus ferendis, est independens à populo. Ergo sic intelligendus est Prælati inferioribus communicasse.

2 Difficultas est, an quoties Pontifex, vel alij Prælati leges ferunt, expectari possit, seu de facto expectetur consensus populi, & illius acceptatio, vt vim, & obligationem fortiantur. Affirmat glossa *cap. 1. de treuga, & pace, verbo frangere. Coart. lib. 1. variarum, cap. 16. à n. 6. Nauar. cap. 23. n. 41. & consil. 1. de constitut. quest. 5. Maior in 4. distict. 15. quest. 4. in argum. contra secundam conclusionem. Driedo lib. 1. de libertate Christiana, cap. 9. docum. 2. Henriquez tract. de synodi potest. 3. part. art. 1. n. 62. Armilla verbo lex. n. 11. Angelus n. 4. in fine, & videtur tenere Azor tom. 1. institut. lib. 5. cap. 4. q. 1. & seq. Salas de legibus, disp. 13. sect. 1. & 5. Reginald. lib. 13. n. 160. Bonacina disp. 1. q. 1. punct. 4. n. 27. Fundatur primò in illo dicto Gratiani communiter recepto §. *leges cap. 3. distict. 4. Leges constituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus videntur approbantur.* Ergo sine moribus videntur legem condere subintellecta conditione, si populo placuerit, quia hoc ad suæ regimen Ecclesiæ videtur pertinere. Tertio multæ sunt constitutiones Pontificiæ deobligantes, eo quòd nunquam fuerint receptæ, imò à principio non videntur habuisse obligationem, eo solum, quòd à populo non recipiebantur. Ergo.*

3 Nihilominus dicendum est primò, si tempus in stat observandæ legis iuxta à Pontifice, vel Episcopo latæ, nemini licitum esse, illam violare, sub pretextu, quòd populus adhuc non consenserit, hanc expressè docet Corduba in 99. lib. 4. q. 7.

Suarez *lib. 4. cap. 16. num. 4. & 8.* & tenent omnes illi, qui dicunt receptionem populi ad legis obligationem necessariam non esse, neque legem tollere, nisi in vi consuetudinis, quos in puncto sequenti referemus. Probo conclusionem. Nullibi habetur hanc populi approbationem ad legis naturam requiri, neque enim requiri potest ex potestate in populo residente, quia potestas Pontificis à Populo non dependet, vt dictum est: neque etiam requiri potest ex concessione ipsius Pontificis, nullibi enim talis concessio reperitur. Ergo lex canonica independentem à populi acceptatione constituitur. Ergo vim habet obligandi. Deinde ipsa acceptatio populi ad legem requisita, vel est observantia ipsius legis, vel est quædam illius approbatio. Nullum ex his ad legem constituendam requiri potest. Non primò, quia observantia legis legem supponit. Ergo non constituit. Non secundò, quia alias populus esset legislator cum Pontifice, si eius iudicia approbatio requisita est ad legem. Præterea hæc approbatio vel debet esse à populo in communitate constituto, vel ab ipso diuiso: à populo autem in communitate constituto, ratio, vel nunquam fit approbatio, vel reprobatio legis canonice. Ergo hæc requisita non est à populo diuisim sumpto: nulla alia approbatio, vel reprobatio legis, præter eius observantiam, vel transgressionem inuenitur. Ergo. Adde. Ponamus latam esse aliquam legem à Pontifice, & instare tempus illius observantionis, in quo tempore neque est à populo reprobata, neque acceptata: si de facto non observas, peccas, quia in tantum excusari poteris ab observantione legis, in quantum populus sciens legem, illam non acceptauerit: cuius acceptatio cum non sit per aliquod iudicium commune, ratio cogolci potest.

4 Limitanda tamen est hæc doctrina in legibus, quæ difficultis sunt observantionis, vel quæ aduersantur consuetudini receptæ: in his enim ex benigna interpretatione legislatoris credimus quemlibet excusari ab observantione legis, quousque Princeps informetur de difficultate, vel recepta consuetudine, quia prudenter præsumere potest præcessisse legem ex ignorantia difficultatis, quæ in illius observantione inuenitur, vel ex ignorantia consuetudinis in contrarium receptæ: & ita tradit Suar. *lib. 4. c. 16. n. 4. fine, & n. 7. & 8.* & loquens de legibus civilibus, *lib. 3. c. 19. n. 12.* id affirmat fauente *q. certissimè, de sepulchris, c. 1. de constitut. in 6.*

Sed inquires, quando probabiliter præsumere poteris legem esse difficultem, & grauem, & merito excusari posses ab illius observantione, quousque Pontifex de difficultate informetur? Respondetur non ex tuo crebro tantum hoc esse metiendum, sed ex consilio prudentum, vel timoratorum factis: si enim videas plures tractare de interponenda supplicatione vel appellatione legis, argumentum est difficultatem non leuem habere, quam Pontifex credidit ignorasse.

5 Dicendum secundo est, si de facto lex canonica à maiori parte populi non acceptetur, hoc est non observetur, & hæc non observantio legis duret tempore requisito ad præscriptam desuetudinem seu non vsum: tunc poterunt aduersus legem procedere subditi absque culpa, quia desuetudo vim habet abrogandi legem, seu impediendi eius obligationem, vt tenet communis sententia in *cap. vlt. de consuetud. lib. 6. & tradit Azor tom. 1. institut. lib. 5. cap. 4. q. 1. Suar. lib. 4. c. 16. à n. 9.* Quod autem tempus, & quæ conditiones ad hanc præscriptioem requirantur in §. sequenti dicemus, quia communis sunt legi tam civili, quam canonice.

Quòd si roges, quid nomine communitatis intelligatur? Respondetur opinimè Bonac. *disp. 1. de legibus, q. 1. punct. 4. n. 33.* non solum intelligi totam communitatem, cui lex diuinitus sed etiam intelligi communitatem particulatam, quæ per se capax legis esse potest. Quocirca si Rex aut Pontifex legem ferat pro tota Ecclesiæ, aut regno, & aliqua ciuitate, seu maior pars illius, vel ex ignorantia, vel ex scientia legis, legem non obliuiscit, reliqui illius ciuitatis excusantur à culpa, quia in illa ciuitate lex recepta non est, etsi in omnibus aliis partibus lex obliget, quia recepta fuit, sic Nauar. *consil. 1. de constitut. q. 5. & seq. Salas de legib. disp. 13. sect. 2. n. 10. & 11. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 5. c. 4. q. 3. Bonac. supra.*

6 Argumenta pro priori sententia non videntur.

Ad primum dico, leges ex vtu, & moribus subditorum firmari, seu stabiliti, in obligatione, quam habent, non tamen ab vtu obligationem accipere. Vel, vt dixit Turretremata in *illo §. leges, distict. 4.* cum Hugone, & Archidiacono, leges moribus firmantur de facto non de iure, Quapropter in supradicto §. *leges, dicit Gratianus*; sicut enim moribus videntur in contrarium nonnullas leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus videntur ipsæ leges confirmantur: sed mores contra legi abrogant legem latam. Ergo mores conformes legem latam, & obligantem confirmant, seu stabiliant.

Ad secundum negamus ad suæ, & rectum regimen Ecclesiæ pertinere, vt in omni lege ferenda Pontifex subintelligat illam conditionem, si populo placuerit; derogat enim suæ authoritati, & occasione tribueret suspicandi dependentiam habere à populo in sua potestate, sufficit, si hæc conditio subintelligatur in lege difficultis observantionis, & quæ consuetudini

indini recepte opponitur : quam difficultatem , & consuetudinem præsumitur probabiliter Pontifex ignorare , cum legem talis . Ex quo patet ad tertium , fatore , inquam , aliquas esse constitutiones pontificias deobligantes : eo quod non fuerint unquam receptæ . An vero primo transgressores culpe rei fuerint ; decidendum est iuxta dicta : si probabiliter præsumuntur ignorasse Pontificem difficultatem legis , vel consuetudinem in contrarium ; quam si sciret , non fore latitum legem , à culpa excusantur : scias vero si hanc probabilem præsumptionem non habuerint .

7 Maior difficultas est , an in lege civili necessaria sit ad eius constitutionem acceptatio populi , quia legislator secularis quicumque sit à populo mediatè , vel immediatè acceptè potestatem leges ferendi . §. sed & quod in fine de natur. gent. & civil. ab ipso populo , quia hoc videtur populo convenientius , siquidem postea hac dependentia , longè erit populus ab iniuria , & gravamine respiciendo à legislatore . Secundo legislator legem ferere non potest , quæ in bonum commune subditorum non cadat ; sed cum maior pars subditorum legi resistit , non creditur legi non communi ipsorum ; ideo enim tali legi repugnant , quia intelligunt sibi disconvenire . Ergo iudicium totius populi , vel maioris partis prevalere debet iudicio legislatoris de convenientia . Et consimio , Negari non potest tantorum iudicium de disconvenientia legis , & illorum contradictionem , reddere probabile , imò moraliter certum legem illam disconvenire . Sed quando certum est , legem esse populo disconvenientem , non potest legislator illam ferre , est de facto ferat , quæ de iure non fert , non inducit obligationem . Ergo similiter cum probabile , vel moraliter certum , est , legem disconvenire , erit probabiliter , vel moraliter certum legem non obligare . Tertio , si legislator sub expressa hac conditione si populus acceptaverit , ferat legem ; nemini est dubium ante acceptationem legem non obligare : at hic modus ferendi aprior est populo , cuius bonum iure tenetur respicere in lege ferenda ; siquidem populus melius cognoscet , quid sibi visum , vel invidium sit , quam legislator . Ergo credendum est sub hac ferre conditione . Quartò posita , & promulgata lege sæpè populus contradicit . Et ab illa appellat , vel supplicat . Ergo durante supplicatione , vel appellatione , hæbit illam non observare . Ergo signum est , legem non obligare ante acceptationem . Quintò consuetudo populi efficaciam habet abrogandi legem . Ergo à fortiori habebit efficaciam impediendi eius obligationem . Sexto decidi videtur in 1. de quibus , ff. de legibus , ubi dicitur , cum ipse leges nulla alia ex causa ius innovant , quam quod iudicio populi recepta sunt . Et ista illud receptum est , quod leges non dicunt suffragio legislatoris sed etiam iocito consensu hominum per de iustis ad neminem abrogantur .

Propter hæc communis est sententia , acceptationem populi ad obligationem legis necessariam esse . Abbas , Felin , Hostiensis , Innocent . Ioan . Andreas c. 1. de iur. & pact. Covarr . lib. 1. var. cap. 16. n. 6. Nauarr . cap. 23. n. 40. & consil. 1. de consuet. quest. 5. & Azor . tom. 1. lib. 5. cap. 4. quest. 1. & quest. 5. in fine Driedo lib. 1. de libertate Christiana c. 9. docum. 2. & alij , quos refert Suarez lib. 3. de legib. cap. 19. in princ. & Azor . supra Bonac . disp. 1. quest. 1. punct. 4. num. 27. Salas de legib. disp. 13. sect. 1. & 5.

8 Nihilominus secunda sententia affirmat non esse necessariam ad legis obligationem acceptationem populi , sed posse Principem , cui commissæ est potestas rependi populum , legem ferre obligantem subditos ad illius observationem tenet hanc sententiam Taureremara in §. 1. deo , disp. 4. Cardin . Zibarella in proemio Clem . verbo universitatis q. 2. Gregor . Lopez leg. 16. tit. 1. p. 1. n. 4. Castro lib. 1. de leg. pœnali . c. 7. Ioan . Medina C. de rescript. 936. ad quintum . & de potestate tenet Salas & Bonac . supra , & Valq. 1. 2. disp. 156. c. 5. Suarez lib. 3. de legib. c. 19. & lib. 4. c. 24. & alij . Moutentur primo , quia vel princeps potest populum adstringere ad acceptandam legem à se latam , vel non ? Si non potest , diminuta est eius potestas , & inefficax ad regendum populum ; si potest populum adstringere , iam acceptatio populi necessaria non est . Ergo . Secundo , quia Rex , Imperator & quilibet alius legislator supremus , punit transgressores iuræ legis neque admittit executionem quod populus nondum acceptaverit , quia hanc acceptationem populi intendit legislator stabilire . Ergo signum est acceptationem populi ad legis essentiam necessariam non esse .

9 Ut ergo cum distinctione procedamus . Primo affirmandum est , cessare legis obligationem , si de facto non sit visus recepta . Ita communis sententia : neque secunda contradicit , ut docuit Suarez . lib. 4. cap. 16. num. 9 . Difficultas tamen est , quando censetur lex non esse visus recepta : non enim cum proponitur populo observanda , neque iostat tempus observationis : potest dici tunc non recepta , quia actus simpliciter negariivus non inducit non visum , vel desertudinem : ut cum omnibus Doctoribus tradit Azor . tom. 1. lib. 5. cap. 4. q. 7. Salas disput. 13. sect. 2. num. 11. Nauarr . de consuet. consil. 1. quest. 6. num. 25. Bonacina disp. 1. quest. 1. p. 4. num. 48. Man . Rodrig . de reg. tom. 1. q. 6. artic. 11. Dicitur ergo lex non esse visus recepta , quando iostat tem-

pus observandi illam , & de facto non observatur : illa ergo non observatio , seu transgressio dicitur legis non receptio , quia in visus , & observatione lex non recipitur . Hæc autem non observatio si completa , & perfecta sit , efficac est ad legis obligationem impediendam : nam si consuetudo legis contraria tollere legem receptam potest . cap. ult. de consuetudine . non minus de iure , seu non visus legis , efficac erit impediendi obligationem legis non receptæ .

10 Sed inquires , quæ requirantur ad hunc non visum inducendum ? Primò requiritur , ut hic non visus introductus sit à tota communitate , vel saltem à maiore illius parte , quia consensus in aioris partis , est consensus communitatis . l. qui d. maior ff. ad municipalem , & tradit cum Panormit . Antonio , & aliis Suar . lib. 4. c. 16. n. 9. Azor . tom. 1. lib. 5. c. 4. q. 3. Secundo requiritur ab aliquibus consensus saltem tacitus legislatoris , quo censetur in desuetudinem consentire : hic autem consensus tacitus tunc habetur , cum lex non observatur sciente legislatore , & non puniente transgressionem : ita Sylvest. verbo lex . q. 6. v. 7. 4. Probabilis multo est , imò certum ex ignorantia Principis posse desuetudinem . seu non visum introducti , qui sufficiens sit legis obligationem impedire : ita relato Felino in cap. 1. de iur. & pace . n. 13. v. 7. considera secundò . & Dominico cap. in istis S. leges disp. 4. Nauarr . consil. 1. de consuet. q. 5. v. 33. docet Azor . tom. 1. in fl. moral. lib. 5. cap. 4. supponit Suar . lib. 3. c. 19. num. 10. in fine , & præcipue lib. 4. c. 17. n. 10. Bonacina disp. 1. quest. 1. p. 4. num. 35. & præcipue num. 45. Ratio est manifesta : si enim consuetudo etiam ignorante Principe abrogare eius legem potest , ut dicemus loquentes de consuetudine ; à fortiori desuetudo eius efficaciam poterit impedire . Adde cum Azor , & Nauarr . supra legislatorum habere hanc voluntatem , ut eius leges obligationem retineant , dum non est desuetudo , sive non visus contrarius , sicut habet voluntatem , ut eius leges obligent , dum in contrarium non est præscripta consuetudo . Tertio requiritur , ut pro aliquo tempore duret hic non visus , seu desuetudo , quia , debet contra legem præscribere . Quod autem tempus requiratur , variant Doctores : alij tempus 40. annorum exposulant , præcipue ut aduersus legem canoniam præscribatur : alij decennium : alij nullum assignant tempus determinatum , sed prudentis arbitrio iudicandum esse . Dicendum ergo est decennium sufficere , sive visus , & desuetudo procedat ignorante Principe , sive sciente . Decennium reputatur in iure longum tempus , ex glossa recepta in c. ult. de consuetud. in 6. Sed consuetudo longi temporis sufficere ad tollendam legem receptam . Ergo à fortiori ad impediendam obligationem legis non receptæ requiritur debet : & ita docet alijs relatis Covarr . lib. 2. var. c. 16. n. 6. Azor . tom. 1. in fl. lib. 5. cap. 4. q. 4. Suar . lib. 4. de legib. c. 16. n. 12. Adde sciente Principe eius legem non observari à maiori parte populi , & ex alia parte non puniente transgressores , cum possit , celesur tacite in eius abrogationem consentire : neque necessarium est tunc decennium , sed brevissimo tempore , vno , vel altero actu tolerato , cessabit ita alijs relatis docet Suarez lib. 4. de legib. c. 16. n. 11. Nauarr . consil. 1. de consuet. q. 5. n. 24. Azor . tom. 1. lib. 5. c. 4. quest. 5. Quod si Princeps desuetudinem ignoret , est Azor . q. 4. 5. & 6. dicat decennium necessariò requiri , nec minus sufficere : at probabiliter existimo cum Suarez c. 16. n. 11. minus tempus sufficere , præcipue in lege civili , quia decennium sufficit ad abrogandam legem visus receptam . Ergo minus debet requiri ad impediendam eius obligationem .

11 Dico secundo . Dum lex desuetudine , vel non visus abrogata non est obligat subditos ad sui observationem , quia non habent ynde exceduntur ; excusari enim poterant , vel quia legislator non intendit eos obligare , quod non est credendum , cum potius intendat legem suam stabilire : vel quia visus , & desuetudo est in contrarium ; sed hic visus , & desuetudo non excusat , quoniam decurrit tempus præscriptionis . Ergo . Ita Suarez lib. 4. c. 16. n. 9. Quocirca mihi non probatur quod dicit Azor . supra quest. 5. ex Nauarr . consil. 1. de consuet. q. 5. n. 24. primos transgressores non peccare , si transgressionem sciat legislator , & non punit : quia ad hoc , ut sciat transgressionem legislator , supponitur transgressionem esse . Ergo ex scientia subequentis honestari transgressio non potest .

12 Aduertendum tamen est , regulatiter loquendo si maior pars communitatis legi resistat , idque sciat Princeps , neque punit , excusari reliquos ab observatione legis , etiam si non præterierit tempus sufficiens ad desuetudinem præscribendam , quia tunc adest in minori parte populi probabilis opinio de voluntate Principis nolentis obligare : Deinde , quia talis observatio non credit in bonum communitatis , cum non observet maior pars communitatis , sed minor . & ita tenet Nauarr . & Azor . supra & contentis ex parte Suarez lib. c. 35. n. 9. & 12. & lib. 3. c. 19. sine n. 13. Quæ autem censenda sit maior pars communitatis , iam supra diximus . Secundo aduertendum est , si lex nimis dura , & grauis sit , vel consuetudini contraria , poterunt tunc excusari omittentes eius observationem : quia probabiliter præterire debent , vel ignorare legislatorum difficultatem , vel appoluisse legem non cum intentione obligandi ad eius observantiam , sed potius cum intentione experiendi , quod circa illam sententia constat ex dictis in puncto antecedenti .

DE
ASTRO
PALATIO
TOM.
IIII
ELI

13 Restat satisfacere argumentis n.7 adductis.
 Ad primum concedo legiflatorem à populo potestatem accepisse: sed nego accepisse cum illa limitatione: populus enim iudicavit convenientius sibi esse omnem potestatem regendi, in vnum caput transferre, nec sibi partem relicturæ: quia sic magis subditus erit & magis cum suo capite vnitus. Aliàs si populi acceptio, & consensus ad legem requiretur, populus se regeiet, non Rex regeiet ad quare populum.

Ad secundum scilicet: è communitatem resistere legi, non quia iudicet sibi disconuenientem esse, sed quia sentit subiectionem & grauamen impostum. At si legi resistat, quia iudicat sibi esse disconuenientem, vel quia iniusta, vel quia nimis grauis, tunc iam diximus probabile esse excusari ab illius obseruatione, & per hæc patet ad confirmationem.

Ad tertium negamus illum modum ferendi legem esse aptiorem, quia derogat potestati legiflatoris, quæ cedit in bonum communitatis. Adde: ex illo modo ferendi legem plures sequerentur diffusioni: quia non faciliè populus vnitur, vt exploretur eius consensus, præcipuè cum per non obseruationem legis debet introduci.

In quarto argumento petitur, qua ratione possit populus à lege appellare, vel supplicare: Dicendum ergo est, à lege lata ab inferiore legiflatore appellari posse ad superiorem: non quia sic iniusta, suppono enim iustam, & validam esse legem, sed quia onerosa sit; hæc enim ratio sufficit ad interponendam appellationem, quia est causa rationabilis: à lege autem supremi Principis appellari nullo modo potest: quia appellatio debet esse ab inferiore ad superiorem, quia habet effectum deuoluitiuum, & suspensiuum: ac poterit supplicari à lege, hoc est, rogare legiflatorem, vt legem tollat; in hoc enim nullum est inconueniens: & sic de facto vltus obtinuit, præcipuè in legibus Pontificiis, quæ quia feruntur pro toto orbe, & sæpe alicuius prouincie, & regno disconuenientes sunt, neque talem disconuenientiam Pontifex agnouit, merito interponit supplicationem. Sic Castro lib. 1. de leg. pæn. l. c. 1. Panorm. & Felin. in c. 1. de reuig. c. p. cae. Suar. lib. 4. de legib. c. 16. à n. 6.

Ad quintum admittimus consuetudinem, & desuetudinem habere vim abrogandi legem, & impediendi eius efficaciam, si præscripta sit.

Ad vltimum desumptum ex l. de quibus, dico legibus non alia ratione nos firmiter teneri, nisi quia vltu receptæ sunt: absolute autem ad eorum obseruationem ex sola voluntate legiflatoris tenentur.

14 Sed inquirit primò an facta supplicatione, vel appellatione ad Principem pro lege lata reuocanda, liceat subditis interim aduersus eam procedere, ac si lex lata non esset?

Respondet Suarez lib. 4. de legibus, cap. 16. num. 8. durante supplicatione nihil faciendum esse contra legem: quod si id fieri non potest sine scandalo, vel graui rerum mutatione, ex benigna interpretatione Principis iudicandum est cessare legis obligationem. Et hic modus dicendi mihi probabilior apparet, quia supponimus legem tunc obligare ac proinde subditos excusari non posse, nisi ex episcopia, quia credunt legiflatorem illum casum non comprehendere. Verum Bonacina disp. 1. quæst. 1. punct. 4. numer. 41. Salonijs de contractib. tom. 2. de ex. lib. 2. art. 3. d. spm. 4. conclus. vlt. Salas disp. 18. sect. 4. numer. 21. Castro lib. 1. de leg. pæn. c. 1. Manuel Rodriguez tom. 4. qq. regul. quæst. 6. art. 7. non ita strictè loquuntur: affirmant namque, quoties populus est iusta, & rationabilis causa supplicandi pro legis reuocatione, interim posse agere, ac si lex posita non esset, quia sic videtur vltu receptum, & quia hoc est conueniens suauit Ecclesiæ, & reipublicæ gubernationi, ne scilicet subditi pro tunc legis onere premantur, donec legiflator mentem suam magis explicauerit. Fateor hoc esse probabile, sed quod diximus probabilius, quia non est sufficiens ratio præsumendi legiflatorem nolle obligare subditos, quando subditi habent rationabilem causam supplicandi pro reuocatione legis: stare enim optimè potest adesse causam sufficientem, vt petatur reuocatio, & adesse efficaciorum, vt non concedatur: quare certa legis obligatio ex dubia causa cessare non videtur.

15 Inquirit secundò, an si Princeps audiat petitionem, & supplicationem communitatis pro reuocanda lege, & taceat, censetur legem reuocare.

Probabilius existimo reuocare, quia tenebatur legi insistere, & subditos ad illius obseruationem vigere, si animum habebat obligandi: cum igitur nihil horum faciat, censetur petitioni illorum annuere & ita docet Bonacina disp. 2. de legibus. q. 1. punct. 4. n. 43. Salas disp. 18. sect. 4. n. 21. Limitant tamen, nisi ex contextibus colligere ut clarè, taciturnitatem Principis non ad obliuendam legem dirigi: sed potius ad illam firmandam, eo quod fusius, & benigno modo intendit subditos ad sui obseruationem retrahere.

PUNCTVM XIV.

Vtrum lex civilis, & Ecclesiastica inducat obligationem in conscientia, & sub peccato.

- 1 Quæ probent non posse obligare in conscientia, & sub peccato.
- 2 Certa est sententia obligare sub peccato.
- 3 Satis est argum. n. 1. adductis.
- 4 Ad omnem legem civilem, & canonicam hæc obligatio extenditur.
- 5 Proponuntur aliquot obiectioes.
- 6 Fit supradictis obiectioibus satis.
- 7 Sed quid dicendum de lege iniusta, explicatur, quoniam lex esse potest iniusta.
- 8 Si est iniusta ex parte rei præcepta nullam inducit obligationem, quia non est lex.
- 9 Idem iuris est de legibus laicis à carente potestate.
- 10 Quid dicendum de tyranni legibus.
- 11 Examinatur, an peccet tyrannus condens legem, & ferens sententiam.
- 12 Cessat obligatio legis, si ex parte subditorum sit iniusta; & lex fundata in præsumptione non obligat.
- 13 Secus dicendum, si non in præsumptione facti, & delicti, sed in periculo illius iudicatur, quia tunc obligat.
- 14 Quid dicendum de lege inæqualiter subditos grauante.

DE lege diuina, & naturali nullus dubitat. De lege humana tam Ecclesiastica quam civilis auct. est Gerson. 3. parti. tract. de vita spiritali, lect. 4. alpb. b. 62. affirmare non obligare ex lege in foro conscientie, sed quatenus iouum declarat legem diuinam. Idem sentit Almain, de lego civilis, lib. de potest. Ecclesiæ. c. 12.

Moueri possunt primò ex illo Pauli ad Timothe. 1. Insuper non est lex postea. Ergo his qui iustiam per Baptismum adepti sunt, lex imponi non potest in conscientia obligans. Similis locus est ille ad Galat. 5. Si spiritus ducimini, non estis sub lege. Ergo leges actari non possunt, qui spiritu ducuntur. Secundo omne peccatum definitur Augustinus esse dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. Ergo non contra legem hominum. Tertio propter peccatum mortale est pena inferni constituta; sed homo non potest talem penam imponere, Ergo non potest sub illa pena obligare. Ergo non potest obligare sub peccato. Quarto lex humana præcipuè ciuiliu solium respicit bonum commune politicum reipublice: sed ad hunc finem non videtur necessaria obligatio conscientie, quæ est interior, & bonum cuiusque proprium. Ergo. Quinto homo non potest eo generare ea quæ in conscientia alterius geruntur, cum scilicet ex perfecta conscientia, & ex perfecta libertate procedat, quia solium videt ea, quæ patent; Deus autem intuetur cor. Ergo non poterit illum in conscientia obligare.

2 Nihilominus certa sententia est tam legem Ecclesiasticam, quam civilem habere vim, & efficaciam obligandi subditos in conscientia: ita vt transgressores illarum peccent mortaliter: sic omnes expolitores cum D. Thom. 1. 2. quæst. 96. artic. 4. Castro lib. 3. de leg. pæn. cap. 4. c. 5. Nauar. summ. cap. 23. num. 54. Suarez lib. 3. ap. 1. num. 6. Et lib. 4. c. 17. Ar. 10m. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 1. 2. c. 3. Salas disp. 10. de legib. sect. 2. n. 6. Bonacina disp. 1. quæst. 1. p. 7. numer. 1. Valquez 1. 2. disp. 1. 158. cap. 2. c. 4. Sayrus lib. 3. cap. 4. c. 7. Valent. com. 2. disp. 7. q. 5. p. 6. Reginald. summ. lib. 13. num. 174. Molina alios referens de Hispanorum primogeniti lib. 2. cap. 1. num. 7. fol. m. 102. & Hilpanorum primogeniti lib. 2. cap. 1. num. 7. fol. m. 102. & alibi plures ab eisdem relati: & videtur conclusio definita à Paulo ad Rom. 13. Omnis anima potestati sublimioribus subditi sit: & taliter subditi est, vt si potestati resistat, Dei ordinationi resistit: sed qui Dei ordinationi resistit, peccat, & sibi damnationem acquirit, vt ipsemet Paulus dicit, Ergo qui resistit potestati, peccat, & damnationem acquirit. Item qui non audit Ecclesiæ, reputatur vt ethnicus, & publicanus. Mart. 18. Ergo committit peccatum.

Ratio autem præcipua est, quia quicunque legiflator humanus, est à reipublica acceptus potestatem regendi ipsam, à Deo illam immediate accepit, posita electione reipublice, iuxta illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt, & Sap. 6. Aulius Reges: quoniam data est à Domino potestas vobis. Ergo cum imperant, nomine Dei imperant. Ergo contententes eorum mandata, Dei mandata perniunt iuxta illud Lucæ 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quocirca eo ipso, quod legiflator humanus legem imponit, Deus obligat illam feruare, & penam aeternam transgressoribus constituit, quia nomine ipsius, & per potestatem ab ipso Deo acceptam legem imponi. Dices, ergo transgressor legis humanæ non est reus culpe, quatenus legem humanam violat, sed quatenus violat legem diuinam ibi includam. Neganda est consequentia, quia lex Dei de seruanda lege humana, non adesse, ni